

- bitam, & formam, atque intentionem, quæ sunt de necessitate in sacramento baptismi, sunt & alia, quæ in ritu baptizandi seruantur, quæ pertinent ad solemnitatem. Adhibentur autem huiusmodi, tum ad excitandam deuotionem, & reuerentiam sacramenti, tum ad instructionem fidelium, tum ad cohibitionem dæmonum, nec sacramentalem impediunt effectum. Ordo uero pertinentium ad solemnitatem baptismi, secundum morem Ecclesiæ uisitatum, est iste: Primò enim insufflatur, ut uirtus diaboli exterior expellatur, & exterius expellenda significetur, c. postquàm de consecr. dist. 4. & c. seq. Secundò signum crucis fit in pectore, & in fronte, ut dæmon se cognoscat expellendum tam in occulto cordis, quam in publico confessionis. c. postea, ead. dist. Tertio sal in ore ponitur, ut significetur quod per baptismum sapor sapientiæ præparatur, c. ex hinc, ead. dist. Quarto fit aurium, & narium cum spato linitio, ut significetur gratia ad discernendum, & obediendum, c. postea tanguntur, ea. dist. Quintò fit linitio olei sancti, quod dicitur oleum catechuminum, in pectore, & scapulis, ut significetur apertio mentis ad Deum amandum, & eius onera portandum, c. deinde, ead. dist. Sextò fit post baptismum in unctio chrisimatis in vertice, ut significetur apertio mentis imputribilis ad contemplandum. Chrisima enim confectum est de oleo lucente, & balsamo conseruante. Et debet hæc fieri in unctio de Chrismate noua, non ueteri, de consecr. dist. in 4. c. si quis. Septimò datur ei uestis candida, ad designandum nouitatem uitæ, c. post baptismum, de consecr. dist. 4. D. Thom. 3. p. q. 71. art. 3. c. 4. Bonau. 4. dit. 6. in fine articulorum, qui ponit pertinentia ad solemnitatem.

SYMMARIUM.

- 1 *Baptismus potest suscipi sine aliis sacramentis. Sed alia non.*
- 2 *Baptismus potest dari à quocunque, sed alia non.*

- 3 *Baptismus fundamentum est & ianua omnium sacramentorum.*
- 4 *Baptismus an tollat irregularitatem, & quando eam inducat.*
- 5 *Ei an tollat infamiam.*
- 6 *Baptismus est efficacior pœnitentia. Et in duobus aequiparatur.*
- 7 *Baptismus à Circumcisione quid differat.*
- 8 *Baptismi effectus, an sit aequalis in omnibus.*
- 9 *Pœna originalis peccati est quadruplex.*
- 10 *Baptismus à quocunque collatus, non reueratur.*
- 11 *Baptismus propter quinque rationes non reueratur, & nu. 13.*
- 12 *Baptismus iterans grauissime peccat, magis quam sicte accedens.*
- 13 *Ei tales grauissime puniendi sunt.*
- 14 *Baptismus fieri debet in Ecclesiis, ubi deputati sunt fontes.*
- 15 *Per baptizandum actum quis non dicitur habere curam animarum.*
- 16 *Baptizare seipsum nullus potest.*
- 17 *Beneficium sibiipsum nullus conferre potest, vel patronus seipsum presentare.*
- 18 *Uiuus non baptizatus, non potest post mortem baptizari.*
- 19 *Puer qui totaliter non est natus, an possit baptizari.*
- 20 *Puer non debet extrahi à matre adhuc uiuente ut baptizetur.*
- 21 *Monstrum qualiter baptizari debeat.*
- 22 *Baptizandus an ter unda perfundatur.*
- 23 *Baptizatus an quis sit ubi fuerit in dubio, an debeat baptizari.*
- 24 *Ad baptismum tenetur quæcunque creatura rationalis.*
- 25 *Baptismus simulatorie acceptus an reuerandus.*
- 26 *Monachis circa baptismum quæ sint prohibita.*
- 27 *Baptismus an omni tempore sit conferendus.*
- 28 *Baptismi characterem an mens, vel dormiens suscipiat.*
- 29 *In baptismo an sufficiat una persona tantum.*